



# Università per Stranieri di Perugia

## BIBLIOTECA PALAZZO GALLENGA

PROGETTO DI CONSERVAZIONE E VALORIZZAZIONE  
DEI TESTI ANTICHI DEL FONDO GALLENGA STUART

info:

Paola Attanasio  
Biblioteca Palazzo Gallenga  
Piazza Fortebraccio, 4  
06123 Perugia  
[paola.attanasio@unistrapg.it](mailto:paola.attanasio@unistrapg.it)  
tel. 075.5746704

**Martialis, Marcus Valerius**

*M. Val. Martialis Epigrammata, cum notis Th. Farnabii*

Pubblicazione: Amsterdami [i.e. Padova] : apud Iohann Manfrè, 1704

Descrizione fisica: 492 p. ; 12°

Note: Iniziali xilogr.

Front. calcogr. nome in calce: Joseph Abbiati sculph  
Monogramma sul front.

Catino della nicchia decorato con motivo a conchiglia  
Luogo di stampa falso. Per il luogo di stampa reale  
cfr. STCN (Short Title Catalogue Netherlands)

P. 3: lettera di Thomas Farnaby ; p. 4-5: vita dell'A. di  
Pietro Crinito ; p. 6-10: lettera al lettore

Coperta in cartone rivestito di pergamena  
Sul dorso nome dell'A. e tit. impressi in inchiostro  
Tagli spruzzati di rosso


Segn.: A-V12 X6

Impronta: S.us s.n- 4.m, quina (3) 1704 (R)

---

Di seguito alcune immagini significative del testo

MARTIAL.  
EPIGRAM



Joseph Albiati Sculps.

Invent. N. 10494

3

*Virtutis juxta, ac stemmatis  
splendore insigni,*

*Viro vere nobili,*

D. R O B E R T O K I L L I G R A E O,  
E Q U I T I A U R A T O, &c.

  
Ujus potius auspiciis publicam indipi-  
scantur lucem lucubrationes istæ in-  
Martialem, quæm cujus in fide, ac  
clientela stetit, floruitque ille, qui,  
si mortalium alter, magna eminuit Martialis  
lux, Ri. Tomsonius? Tomsonius, nomen me-  
moriæ, vobis, qui Musas fovetis, gratæ; no-  
bis, qui Musas colimus, sacræ. Cujus nomine  
quantum tibi (nobilissime Killigræ) atque fa-  
miliæ vestræ debeant literæ humaniores, & quan-  
tum ubique est hominum venustiorum, gratis  
animis testantur omnes, quite norunt, qui no-  
rant illum. me certe vel Manes illius tibi clien-  
tem devoverunt, te mihi patronum conciliarunt.  
Audetque Martialis hic meus patrocinii cum tan-  
to viro communione dignatus, non sine aliqua  
jam genii sui fiducia vitam sperare vitalem, &  
quodammodo vindicias sibi secundum immorta-  
litatem pronunciare. Quam virtutibus tuis (quas  
mihi fusori orationis filo pertexere gestienti re-  
clamitat verecundia tua, molestiamque redar-  
guit, quod ego officii duxeram) meritissime de-  
bitam, tibi V. C. ex animo, qui in æternum usu  
mancipioque tuus, yovet qui est, erit usque

*Virtutum tuarum*

*cultor religiosissimus*

THO. FARNABIUS.

487  
SCRIPTORUM VETERUM,  
AC RECENTIORUM  
QUORUNDAM  
DE  
M. VALERIO MARTIALE  
TESTIMONIA.

C. PLINIUS CÆCILIUS SECUND.  
Cornelio Prisco suo S.

[ Epistola lib. III. ultima. ]

**A**udio Valerium Martialem decepsisse, & mole-  
stè fero. Erat homo ingeniosus, acutus, acer,  
& qui plurimum in scribendo & salis habe-  
ret, & fellis, neccandoris minus. Prosequutus eram  
viatico sedentem. Dederam hoc amicitiaz, dede-  
ram etiam versiculis, quos de me composuit. Fuit  
moris antiqui, eos, qui vel singulorum laudes, vel  
urbium scripserant, aut honoribus, aut pecunia or-  
nare. Nostris veò temporibus, ut alia speciosa, &  
egregia, ita hoc in primis exolevit. Nam postquam  
desimus facere laudanda, laudari quoque ineptum  
putamus. Quæris, qui sint versiculi, quibus gratiam  
retulerim? Remitterem te ad ipsum volumen, nisi  
quodam tenerem. Tu, si placuerint hi, cæteros in  
libro requires. [ Lib. x. epig. xix. ] Alloquitur Mu-  
sam, mandat, ut domum meam in Exquiliis quæ-  
rat, adeat reverenter.

sed ne tempore non tuo disertam  
Pulses ebria januam, videto.  
Totos dat tetricæ dies Minervæ,  
Dum centum studet auribus virorum,  
Hoc, quod sœcula, posterisque possint  
Arpinis quoque comparare chartis.  
Scras tutior ibis ad lucernas:  
Hæc hora est tua, cum furit Lyæus,  
Cum regnat rosa, cum madent capilli.  
Tunc me vel rigidi legant Catones.

Meritone eum, qui hoc de me scripsit, & tunc di-  
misi amicissimè, & nunc, ut amicissimum, defun-  
ctum esse doleo? Dedit enim mihi, quantum ma-  
xi mè potuit: datus amplius, si potuisset. Tametsi  
quid homini potest dari majus, quam gloria, laus, &c

492 TESTIMONIA DE MARTIALE.  
Reliquit Epigrammatum librum omnino rejicien-  
dum, quippe qui neque elegantia Latinæ, neque  
moribus proficit.

PAULUS JOVIUS,

*In Elogiis Virorum literis Illustrium,  
in Marco Antonio Casanova.*

M. Ant. Casanovæ, Comense patre Romæ genito, arguti Epigrammati palmarum detulit illa ipsa Roma, severæ auris judicio superba, nec unquam in confessio pudore poetis adulatrix: quod lepida, & falsis finibus aculeata carmina factitaret. Elocutioni casta tamen puritas, ac in numero sæpe duro lenitas defuit, qualis in Catullo præterero poeta conspicitur: cum ingeniosè mordaci, & impuro Martiali persimilis esse malleret, ut una præsertim percutæ, circumductæque sententiaz gloria duceretur, &c.

ANDREAS NAUGERIUS,

*Auctore in iisdem Elogiis P. Jovio.*

Cum Epigrammata præstanti judicio lepidissime scriberet, non falsis, aculeatisque finibus, sed tenuera illa, & prædulci prisca suavitate clauderet, adeo Martiali severus hostis, ut quotannis statu die Missis dicato, multa ejus volumina, tanquam impura, cum exortatione Vulcano dicarentur.

*Aliæ sinistra infelictum Criticorum judicia vide  
in Martiale P. Scriverii.*

F I N I S.